

**Programma, Quo Decanus & Professores Facultatis Medicae, Ad Exequias ... Dn.  
D. Johannis Bacmeisteri, Medicinae & Mathematum Professoris celeberrimi,  
Facultatis suae Senioris gravissimi, meritissimi, Omnes omnium Ordinum Cives  
Academicos peramanter & officiose invitant : [P.P. sub sigillo Facultatis Medicae,  
24. Februari 1686.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1686]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn746583133>

Druck    Freier  Zugang



**Fac. med.,**  
*oh.*  
**in J. Bacmeister.**

R. 1686.

3'2.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn746583133/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746583133/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn746583133/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746583133/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn746583133/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746583133/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA, 20.

DECANUS & PROFESSORES  
FACULTATIS MEDICÆ,  
AD EXEQVIAS

Nobilissimi, Excellentissimi, Experientissimi,  
nunc beatissimi,

DN.D.JOHAN-  
NISBACMEISTERI,

Medicinæ & Mathematum

Professoris celeberrimi, Facultatis

suz Senioris gravissimi, me-  
ritissimi,

omnium Ordinum Cives Academicos per-  
manter & officiosè invitant.



Rostochl,  
Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



S. P.

**A**nnis & canicie obſi-  
rūs, curis tandem, & laboribus  
& senio confectus, Veneran-  
dus Facultatis noſtræ SENIOR;  
Experientissimus Dn. D. JOHANNES  
BACMEISTERUS, Academiæ Profes-  
ſor famigeratissimus, Collega noster de-  
ſideratissimus, postqvam ad ultimum vi-  
tae halitum egregia vita sinceritate, mul-  
tisq;ve meritis inclaruisset, fatis concessit  
feliciter! Nobis tanto acerbior proſecto  
mors ejus, qvanto majora merita noſtri  
Seni-

Senioris ac virtus fuit, Qvæ ut inexplicabilis ferè est, & nunquam commendari satis pro dignitate potest, ita navanda nobis sedulò hæc opera, ut cuius meritis & incredibili bonitati nullæ unqam sufficientant laudes, ejus tueamur sanctè memoriā tamē, nec minoribus definiamus circulis, qvam ipsa diffunditur æternitas. Qvi, cum incredibili fide, prudentia, studio, non tantum curaverit Academiarē, verum in melius quoqve provehere semper allaborarit; qvitot cujuscunqve fortunæ & conditionis homines, summos, imos, proceres, cives & grossacessos, & ultima metuentes, salutari levarit ope, & ex ipsius mortis propemodum faucibus eruptos, vitæ & luci restituerit. Qvanto non modo præsidio & bono, verùm & ornamento ac lumine hæc Academia, hæc civitas privata orbataqve est! In factitanda Medicina, ita semper versatus est, ut ne-

5vp  
K2

scias

scias magisne fidem & cautam illam pro-  
videntiam , qvam facilitatem ejus , ac  
promptitudinem benignam , celebrare o-  
porteat . Nemini enim nunquam ejus  
non patuere fores , & uti admittebat qvos-  
vis coimter , ita omnes studiosè consilio  
juxta ac ope adjutabat . Parum solitus ,  
qvid sibi mercedis aut lucri inde speran-  
dum . Qvo siebat , ut nunquam non e-  
jus ædes magna hominum turba , qvi o-  
pem salutem qve peterent , celebrarentur .  
Qvibus omnibus pro virili sua perpetuo  
studebat consulere , ut sæpius sibi ipsi ac  
valetudini consuleret male , eorumq; ne-  
cessitates magis qvam suam ipsius respi-  
ceret salutem . Et profecto naturâ & ori-  
gine aliter esse , non poterat hæreditariò ,  
nisi pius , justus , religiosus , ingeniosus , pru-  
dens , officiosus , laboriosus , virtuosus , fa-  
ciliis , mansuetus , humanus , affabilis : ex  
præclarissima enim Bacmeisteriana famâ .  
qve

que illustri prosapia oriundus, quæ non nisi tales generavit Aristides, tam Theologos quam Medicos & sti-  
matissimos. Hos gloriosos generis autores, omnemq;  
beati Senioris vitæ historiam, Magnificus DN. RE-  
CTOR more solito plenius recensabit. Erat in ipso  
nostro Beato Candor incredibilis, inusitata & aqui-  
tas; ab alterationibus item, quam alienus fuerit,  
nemo est, qui ignoret. Erat, lenis, humanus, co-  
mis, abhibens omnem tetricitatem à vultu, non  
morosus & difficilis, sed jucundus, & temperata gra-  
vitate affabilis, & quod supradixi, aliorum utilitatis  
si quisquam studiosissimus, & id etiam læpe suo cum  
damno. Jam quid de pietate dicam, summa illa &  
nihil quicquam in speciem ficta? Quid de aliis innu-  
meris item, quæ adhuc expendenda essent?

Morbus, quo Beatus noster Senior occubuit,  
non unus fuit, verum ex tribus malitiosa & capitali-  
ter complicatus, eoque nomine periculosus & lethali-  
lis. Primus, Senectus fuit, quæ morbus est, quo ple-  
rique tandem consumuntur, succumbunt & expi-  
rant Senes: illa enim cum aliis quibusvis in valetudi-  
nibus communem haber causam & formalitatem, in  
qua omnes convenient morbi. Non naturales so-  
lummodo actiones exercendi impotentia Seniorum  
est, verum etiam vitales & animales, à præternatura-  
li Spirituum & organorum dispositione dependens.

Laborat senile corpus, non modo in temperie frigida  
& sicca, sed s<sup>e</sup>pe etiam humida, catarrhosa, non  
raro febrili calid<sup>a</sup>. Cum primis autem plerique Se-  
nes ex jactura calidi innati, humidi radicalis, nec non  
influentis defectu deficiunt & naturali morte mori-  
untur. Hinc familiares ipsis sunt ἀρρεφία, κοχλία, ἀρρε-  
ξία, δυορρεία, ἀπτψία, βερεδυνηψία, virium debilitas, tremor,  
vigilie, memoria labilis, aliaq; qvam plurima Senectu-  
ris incommoda & imbecillitates. Alter, quo aliquot  
ha<sup>c</sup> tenus annis colluctatus est Beatus noster Colle-  
ga, Hemicrania fuit contumacissima, acerrima, qvæ  
nullis plenè cedere, etiam generosissimis remediis  
voluit, suspendi tantū potuit. Sæpen numero adeò exa-  
cerbati & exquisiti fuerunt dolores, ut lecto eum af-  
figerent, & fractis viribus de salute ipsius & vita du-  
bitare juberent. Causa contumacissima hujus mali,  
liqvor erat sulphureo-mercurialis, ingrata dulcedie-  
ne imbutus, ori, palato, faucibus inimicus, dentibus  
etiam, qvos vacillantes, qvosdam defluentes redde-  
bat, infensus, ille levi causa irritatus exasperabatur, &  
sæpiissime gravissima interfecit symptomata, dolores  
vigilias, langores, virium dejectiones. Aliquot  
ante obitum diebus cum impetu adeò ferino in fau-  
ces, lingvam, pulmones, præcordia irruerat, ut rau-  
cum, dein ἄφενον, asthmaticum, tandem cum sterco-  
re ἄφενον cum redderet, qvæ haud obscura lethar-  
litatis

titatis præbabant indicia. Tertium malum in obitum beati nostri Professoris conspirans, Nephriticum erat, ex crassa pituita & viscida mucilagine renes oppilante, orta, quod non tantum continuis suis doloribus, & subsequentibus aliis sibi individuis symptomatibus, duxerat, interdum iugulauit, exiguum quod supererat virium exinanivit, sed tandem planè exhaustrit. Et hi fuerunt exitialiter complicati morbi, capitales & conjurati hostes in interacionem Beati nostri Senioris unanimiter conspirantes. Hunc finem habuit desideratissimus noster Collega, qui propter ingentes virtutes & præclarissima merita vel integra secula vivere dignus, si pataretur naturæ lex, atque id ipsum ei oneri forte non fuisset. Nam quotunque vita hodie non gravata tot periculis, tot vicissitudinibus atque calamitatibus exposita semper iis vero infesta præcipue, qui DEO pietatiqve animum ab seculo abduxerunt, in quo jam diu fuerat Noster. Nam quanta pietas reverentiaque Numinis in eo fuerit, iis præcipue constat, qui interiorem ejus vitam, & qualis erat domi, contemplati fuerunt. Quoties amici eum nunc orantem, nunc psallentem, sape & lacrymantem offenderunt. Nos lugemus meritò tanti Viri jacturam & obitum suis nobisque sat acerbum; verum cum divinæ ita dispositioni, cœducis eum & transitoriis hisce eximere, & parte meiore

liore sui ecclitibus associare, complacuerit, beatori  
ipsius, qvā jam fruīt felicitati invidere non possu-  
mus.

Cæterū, cūm sepulturæ hodiernus destinatus  
sit dies, qvo ejusdem exuviae, terræ, communi no-  
stræ matri committendæ, nostri officii esse admo-  
nemur, ut freqventi & prolixa præsentia exeqvias  
honoremus. Senibus, Senioribus in vita, bene me-  
ritis, lege divina & civili, præ aliis debetur honos,  
qvidni etiam post mortem, defunctis? ipsa ingentia  
merita functi, neminem ad id officii genus præstan-  
dum, segnem esse sinent, qvod ut officiose  
fiat, studiose & peramanter con-  
tendimus & enixè  
rogamus;

P. P. sub sigillo Facultatis Medicae,  
24. Februarii 1686.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn746583133/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746583133/phys_0013)


DFG







titatis præbabant indicia. Te-  
cum beati nostri Professoris con-  
serat, ex crassa pituita & viiscida  
pilante, orta, qvod non tantum  
ribus, & subseqentibus aliis sibi  
matibus, duxerat, interdum iugis ei  
pererat virium exinanivit, sed ra-  
fit. Et hi fuerunt exitialiter com-  
tales & conjurati hostes in interni-  
stri Senioris unanimiter conspira-  
habuit desideratissimus noster C.  
ingentes virtutes & præclarissima  
secula vivere dignus, si pataretur  
id ipsum ei oneri forte non fuisset  
quemque vita hodie non gravata;  
cistitudinibus atque calamitatibus  
iis vero infesta præcipue, qui DEC-  
num ab seculo abduxerunt, in quod  
Noster. Nam quanta pietas reve-  
nis in eo fuerit, iis præcipue consta-  
eius vitam, & qualis erat domi, con-  
Quoties amici eum nunc orantem,  
sæpe & lacrymantem offenderunt  
merito tanti Viri jacturam & obitu-  
sat acerbum; verum cum divinæ ita  
ducis eum & transitoriis hisce exim-



um in obi-  
phriticum  
renes op-  
suis dolo-  
s sympto-  
qvod su-  
ie exhau-  
rbi, capi-  
Beati no-  
nc finem  
propter  
integra-  
, atque  
quotum-  
s, tot vi-  
emper-  
ve ani-  
fuerat  
Numi-  
riorem  
uerunt,  
entem,  
gemus  
bisqve  
ni, ca-  
re me-  
liore